

Band X., Nr. 4901, Seite 530-531

*Ritter Berthold Schweler von Wielandstein verkauft dem Johanniterspital in
Rexingen einige Eigenleute.*

Horb, 1296. September 15.

Nos Bertholdus miles dictus Sveler de Wilenstein Constantiensis dyocesis presentium literarum inspectoribus universis rei notitiam subnotate. His scriptis tanquam in iure confessi recognoscimus et cunctis facimus notorium fide dignis, quod propter urgentem necessitatem nobis et cunctis liberis nostris communiter imminentem Heinricum dictum Milin de Rexingen, omnes fratres eius videlicet Conradum Bertholdum Dietricum Volmarum, uxores eorum ac universos pueros eorundem scilicet utriusque sexus presentes pariter et futuros nobis ex venditione et donatione venerabilium dominorum nostrorum Symonis et Conradi ducum de Teck iure servitutis aut alio quovis respectu seu titulo pertinentes honorabilibus viris ac religiosis commendatori ac fratribus sacre domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Rexingen eiusdem diocesis pro sexaginta libris denariorum Hallensis monete nobis ab eisdem integraliter exsolutis et in predictae necessitatis nostre redemptionem conversis vendidimus ac donavimus contractu puro iusto et honesto ac licito mediante, quam¹ re vera venditione autoritate tutelaria qua fungimur ex venditione dictorum dominorum nostrorum nec non illustris domini Hermanni ducis de Teck patrum eorundem consensu accedente, ut patet per literas suo sigillo sigillatas roboratas ac confirmatas, cum solennitate debita et consueta nihil iuris facti cause vel occasionis in eadem venditione nobis aut aliquibus nostris heredibus reservantes. Et quia venerabiles domini nostri Ludovicus et Fridericus duces de Teck fratres predictorum ducum adhuc sub annis minoribus constituti resignationem predictorum hominum non fecerunt, nos Bertholdus miles predictus, Ulricus rector ecclesie in Utingen² et — — fratres filii

¹Im folgenden ist der Satzbau nicht ganz in Ordnung. Vielleicht, dass nach venditione ein größerer Abschnitt fehlt, indem der Abschreiber eine Zeile des Originals übersprungen hätte. Doch erregt auch das autoritate tutelaria sachliche Bedenken.

²Oberjettingen und Unterjettingen. - Die Vorlage hat nach Utingen: et Fridericus duces de Teck fratres filii nostri, was hier offenbar unrichtig steht und aus dem unmittelbar vorhergehenden wiederholt erscheint. Es ist wahrscheinlich, dass die Zeile mit et Fridericus begann, mit Utingen aufhörte und dass der Abschreiber noch einmal in dieselbe Zeile geriet, dann aber bei fratres wieder an die richtige Stelle des Textes kam. Der oder die ausgefallenen Namen, ohne Zweifel eines oder mehrerer weiterer Söhne des Ausstellers der Urkunde, lassen sich nicht mit Sicherheit ergänzen: 1283 Februar 24 werden zwei Brüder Berthold Schwehler und Ulrich von Wielandstein, Ministerialen des Herzogs Konrad von Teck genannt; aber da dort Ulrich nicht als Geistlicher bezeichnet ist, erscheint seine Identität mit dem Obengenannten nicht wahrscheinlich.

II

nostri data fide promittimus et fideiussorie nos interponimus, quod predictos nostros dominos Ludovicum et Fridericum, cum ad annos maturos et discretionis perveniunt, adhuc inducere debemus et tenere, ut per literas suas et alias cautiones necessarias in iure consuetas faciant resignationem hominum eorundem. Si vero aliqua impeditio vel repetitio dictorum hominum predictis commendatori et fratribus medio tempore ingruerit a quocunque, tunc amoniti ab ipsis commendatore et fratribus deponere debemus secundum ius debitum et consuetum exceptis tamen dominis nostris Simone et Conrado ac domino Hermanno de Teck patruo tutore ipsorum, quorum³ trans prefatis commendatori et fratribus resignamus et dedimus pro cautela. Adiectum est etiam, quod cum domini nostri predicti Ludovicus et Fridericus ad annos, ut preactum est, pervenerint, si resignationem predictorum hominum non fecerint vel si aliquod impedimentum medio tempore ingruerit, nos Bertholdus et nostri filii predicti admoniti a sepredictis commendatore et fratribus nos in opidum Horw in obstagium recipiemus nunquam inde recessuri, nisi impedimenta que ingruerint prius deposita et resignatio sepredictorum hominum facta fuerit per nostros dominos annotatos modo debito necessario et consueto. Hac autem resignatione facta et impedimentis quibuslibet depositis nos et filii nostri de fideiussione nostra in predictis casibus erimus liberi et soluti. In quorum omnium evidentiam nos Bertoldus miles sepredictus nostro et Ulrici filii nostri rectoris ecclesie in Utingen sigillis presens instrumentum dedimus confirmatum. Huius rei testes sunt: dominus C. plebanus ecclesie in Ergesingen, Hertnidus de Schowenberg, C. Müller de Ilingen militares, item B. schultecus, H. villicus, B. frater eius, dictus Phuser, Waltherus villicus de Ergesingen, H. dictus Gebhart, Wern. de Altheim, B. filius Sifridi, Alb. Schuerer, Hugo Lemelin, Sifridus Dancholf, B. dictus Welti, Wern. Zimberer cives in Horw [et] quam plures alii fide digni.

Datum Horw, anno domini MCCLX[L]VI., in octava nativitatis beate Marie virginis gloriose, indictione IX.⁴

³Der Sinn des Relativsatzes ist nicht klar; trans ist unzweifelhaft verlesen, vielleicht auch prefatis, das im Kopialbuch mit trans zusammengeschrieben und für das Verständnis nicht absolut nötig ist. Eine Verbesserung ergab sich nicht, weil ein zu beiden Verben passendes Objekt nicht aufzufinden war.

⁴Die Abschrift gibt als Jahr der Ausstellung 1276 in arabischen Ziffern, und nennt dazu die nicht passende Indiktion IX. Nach dem Inhalt der Urkunde ist vorauszusetzen, dass Herzog Konrad von Teck, der Vater der vier Brüder Konrad, Simon, Ludwig und Friedrich schon tot ist, einmal weil er sonst in der Urkunde genannt sein müsste und dann weil für die noch minderjährigen Ludwig und Friedrich ihr Oheim Hermann als Tutor bestellt ist. Konrad ist aber erst 1292 gestorben (CARL FRIEDRICH HAUG: *Chronici Sindelfingensis, quae supersunt e ms. Crusianis et Gabelcoverianis collecta atque digesta*, Tübingen 1836, S. 26), so dass die Urkunde nicht vor diesem Jahr ausgestellt sein kann. Ist die Indiktion in der Abschrift richtig angegeben, so werden wir auf das Jahr

III

Nach Fehlerhafter Abschrift des Sammelbands der Johanniterkommende Rexingen. Wo es möglich war, den richtigen Text wieder herzustellen, ist die Verbesserung stillschweigend in den Text eingesetzt. Einige schwierigere Stellen behandeln die Anmerkungen.

1296 geführt, das nach allen Seiten gut passt. 1299 sind die beiden jüngeren Brüder offenbar volljährig und urkunden mit den älteren (s. Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63 (1846), S. 139, Nr. 55 und S. 140, Nr. 56). Es ist anzunehmen, dass im Original MCCLXLVI geschrieben war und dass der im Urkundenlesen nicht sehr geübte Abschreiber das zweite L für X gelesen hat.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 157 (Sammelband der Johanniterkommende Rexingen von 1596), fol. 216b

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift im Kopialbuch.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Horb

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (7453)

Altheim, Horb am Neckar, FDS

Ergenzingen Wohnplatz (16168)

Ergenzingen, Rottenburg am Neckar, Tü

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Ihlingen Wohnplatz (7486)

Ihlingen, Horb am Neckar, FDS

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Oberjettingen Wohnplatz (280)

Oberjettingen, Jettingen, BB

Oberkirch OG

Oberkirch Gemeinde (11300)

Rexingen Wohnplatz (7504)

Rexingen, Horb am Neckar, FDS

Teck Wohnplatz (437)

Teck, Owen, ES

Unterjettingen Wohnplatz (283)

Unterjettingen, Jettingen, BB

Wielandstein (Burg) Wüstung (21632)

Wielandstein (Burg), Lenningen, ES, W